



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

De clerico, vel monacho lapso in peccatum, & vocato semel & iterum & tertio, & non sistente se in iudicio. Capvt XLII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ANNO
CHRISTI
325

judicium LXX. seniorum cum filiis Israel, qui causas suas Moyfi proponebant: sic etiam & episcopi apud patriarcham facere debent, & dispertiatur benedictio patriarchæ secundum vires omni prouinciæ, & omni loco magno vel paruo, quæ sub potestate eius sunt, mittaturque ei singulis annis vt inde viuat & alatur. caretque excommunicatione hic Canon.

De clerico, vel monacho lapsõ in peccatum, & vocato semel & iterum & tertio, & non sistente se in iudicio.

CAPVT XLII.

Si quis ex clero, aut ex monachis lapsus fuerit in aliquod peccatum, & vocatus a congregatione, vt videatur causa eius, & purget peccatum suum, dato primum tempore ad veniendum, non venerit; vocatusque iterum & tertio, obstinate non se sistat, eiiciatur de medio eorum, vt meritus est; & insuper deponatur: & qui contradixerit, Synodus eum excommunicat.

De reo manifesto dimisso impunito ab episcopo, vel presbytero, vel etiam diacono iudice, quid facere debeat patriarcha.

CAPVT XLIII.

Si ad episcopum, aut sacerdotem, aut diaconum allatum fuerit aliquod crimen manifestum, non opus est testimoniis ad iudicandum. Quod si propter affectionem eum qui delictum commisit, non iudicauerint secundum meritam pœnam, dimiserintque eum in peccato, & hoc postea patriarchæ patefactum fuerit, oportet vt ipse patriarcha iudicet eum qui crimen commisit, vt meritus est; illumque deponat qui habebat exploratum de crimine, & di-

Concil. Tom. 2.

Mm ij